

PARS I.

De Germania Provinciis.

In prima hac parte agemus primò de veteri,
dein etiam de hodierna Germania generatim,
ac demum speciatim de præcipuis Germanicæ
statibus.

CAPUT I.

De veteri Germania.

§. I.

**De situ veteris Germanicæ, ejusque partibus
potioribus.***i. Qua veteris erat Germania sacer?*

Quantum quidem ex Historiographis compertum est,
erat olim Germania regio amplissima; sed hinc sylvis va-
niis; illine locis palustribus, alibi asperis montium jugis
impedita. Neque ab horrido & inculto terra iugendo ablu-
debat incolarum mores,

ii. Qua antiquorum Teutonum origo?

De hac certi nihil ferè constat, idoneorum auctiorum
defectu. Quippe veteres Germanicæ populi de literis parùm,
aut nihil solliciti, nihil admodum ad posteroru[m] m[em]oriam
scripto reliquerunt. Ceterum Tuifconem & Gigantem &
Nemini filium post diluvium in terras has immigrasse inter
fabulas haud immoritò numeratur. Proprie veritati est il-
lerum opinio, qui Teutones primos ex Scythia, Dacia, Pan-
nonia profectos fuisse perhibent ex probabili conjectura, qua
existimant post Babyloniam linguarum confusione popu-
los in diversa abiisse non è vestigio, & catervasim, sed sen-
tientiam